

decreta contraire temptaverit, et ea, quae a nobis pie indulta sunt, privilegia convellere præsumperit, noverit se (si præsul vel minister est) ex auctoritate videlicet beati Petri apostolorum principis, cui Dominus Jesus Christus; Deus noster, ligandi solvendi que in celo et in terra potestatem concessit, proprio esse privatum officio; si de sacerdibus laicisque fuerit, a participatione corporis et sanguinis

A Domini Iesu Christi cognoscat se esse segregatum, quoque videlicet quod temere perpetravit humiliiter corrigat, et de excessu poenitendum gerat. Dat. x Kalend. Januarii, imperantibus piissimis Augustis, Constantino majore imperatore anno xxxii, post consulatum ejus anno sed et Heraclio atque Tiberio novis Augustis, ejus fratribus, anno xviii, in dictione secunda.

ANNO DOMINI DCLXXVIII.

DONUS

PONTIFEX ROMANUS.

NOTITIA HISTORICA IN DONUM.

(Ex Mansi, ampl. Conc. Collect.)

a Donus, natione Romanus, ex patre Mauricio, **b** sedit annum unum, menses quinque, dies decem. Hic atrium beati Petri apostoli superius, quod est ante ecclesiam [quod paradiſus dicitur] in quadriporticum magnis marmoribus stravit, sed et ecclesiam apostolorum sitam via Ostiensi, ut decuit, restauravit atque dedicavit. Itemque ecclesiam sanctæ Euphemiae positam via Appia similiter dedicavit. Clerum quoque diversis ordinibus et honoribus ampliavit. Hic reperit in urbe Roma, in monasterio quod appellatur Boetianum, Nestorianitas, monachos Syros, quos per diversa monasteria divisit. In quo prædicto monasterio monachos Romanos instituit. Hujus temporibus ecclesia Ravennatum, quæ se ab Ecclesia Romana segregaverat causa autocephalizæ, denuo se pristinæ sedi apostolicæ subjugavit. Cujus

B ecclesiæ præsul nomine Reparatus e vestigio, ut Den placuit, vitam finivit. Ille dum esset electus per Augusti mensem, & apparuit stella a parte Orientis a galli cantu usque mane per menses tres, cujus radii cœlum penetrabant. In cujus visione surgentis (*Cod. Luc.*, *surgentes*) omnes provinciæ et gentes mirabantur, quæ post [quidnam esse possit] in semel ipsam reversa disparuit. Pro quo capitulo et maximo [*Cod. Luc.*, *maxima*] mors a parte Orientis subsecuta est [Post eam apparitionem maxima mors a parte Orientis subsecuta est]. Fecit autem ordinationem unam, presbyteros decem, diaconos v, episcopos per diversa loca numero sex. Qui etiam sepultus est ad beatum Petrum apostolum sub die **c** [Cud. *Luc.*, iv] Idus Aprilis, et cessavit episcopatus menses duos, dies xv.

a Domus. Donus, quem alii Domnum, alii Domninem, alii Cunonem sive Cunonem appellant, anno 676, Ipsiis Kalendis Novembribus, creatus est pontifex Romanus: quod cum Theodoro Constantinopolitanæ sedis episcopo Monothelitæ innotuisset, intermissis quas de sui ordinatione ad eum scripsisse debebat litteris synodalibus, misit duntaxat epistolam hortatoriam qua petebatur ut tandem aliquando concordia inter orientalem et occidentalem Ecclesiam sanctetur. Constat ex epistola Constantini imperatoris, quam ipse ad Donum transmisit. Quid ad eas pontifices rescripserit, ignoratur.

Hoc tempore Constantinus imperator bellicis curis solitus, pace cum Saracenis composita, ad pacem **D** Ecclesiæ restituendam totum animum adjectit; restiterunt Monothelitarum signiferi Theodorus Constantinopolitanus et Macarius Antiochenus episcopi, qui cum Romanorum pontificum acerrimi hostes et adversarii essent, invito imperatore, retento solius Honorii nomine, quasi *is* cum Monothelitis senserit,

Vitaliani aliorumque pontificum Romanorum nomina (ut videre est act. 8 sextæ synodi) e sacris diplychis abstulerunt. Quo facto imperator vehementer exagitatus, Thendorum episcopatu depositus, eique Georgium quemdam subrogavit; atque ad reconciliandum utramque Ecclesiam orientalem et occidentalem, ad Donum papam, sacram, quæ exstat initio actionis sextæ synodi, imperialem ille quidem direxit, sed cum vita functus esset, antequam Romam afferretur, Agathoni redditia fuit. *Sv. Bix.*

b Sedit annum unum, menses v, dies x. Ex epistola Constantini imperatoris ad Donum scripta colligitur, ipsum ad aliquot menses amplius sedem propagasse, cum reperiatur data pridie Idus Augusti anno 678. Quæ enim ratio patitur ut post menses quatuor obitus Romani pontificis imperatorem adhuc latuerit? *Id.*

c Apparuit stella. De hac stella vide Bedam, lib. iv, c. 12. *Id.*